

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. I. An bona intentio ex prava electione vitietur, & electio prava ex bona  
intentione rectificetur, vel saltem bonitas intentionis, diminuat malitiam  
electionis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

## DISPV TATIO SEXTA

de actibus supra enumeratis dicit: sive feceris, sive non feceris, nec justiciam habebis, nec injuriam. Nam esto *ly* feceris denotet actum particularem & in individuo, potest tamen & debet intelligi Hieronymus de illis operibus sumptis in particulari, & ut sunt in individuo, secundum id individuale quod habent ex objecto; ex qua parte verum est, praeditos actus, sive sunt, sive non sunt, neque ad justiciam nec ad injuriam pertinere. Ob hoc tamen non negat quod ex fine, & aliis circumstantiis, quæ objecto & specie accident, debeant tales actus habere bonitatem aut malitiam, supposito quod sunt cum deliberatione.

45 Objicies quartò: Si quis ob exercitium duntaxat propriæ libertatis, aliquem actum ex specie & objecto indifferentem eliceret, v.g. festucam de terra levaret, talis acrus neque esset bonus & honestus, neque malus & vitiösus; sed omnino indifferens; cum exercere propriam libertatem, non sit determinatè bonum, aut determinatè malum, sed purè indifferens: Ergo potest dari actus indifferens in individuo.

46 Respondeo, quod si aliquis semel tantum aut  
bis aliquem actum ex specie & objecto indiffe-  
rentem faceret, eo solo fine ut libertatem exer-  
ceret, talis actus ester bonus & honestus ; ha-  
cerer enim finem honestum, scilicet exercitium  
propriæ libertatis , quam aliquando exercere,  
etiam circa actum ex objecto indifferente,   
honestum est. Si verò tæpe vellet ob eum dun-  
taxat finem operari, tales actus non esent boni  
& honesti, sed mali & otiosi: quia licet semel aut  
iterum exercere libertatem circa actus indiffe-  
rentes, honestum sit, & rationi consonum , se-  
pius tamen id facere, nullam habet honestatem,  
sed otiositatem.

## DISPVTA~~T~~IO VI.

## *De moralitate actus interioris.*

*An questionem 19. D. Thome.*

<sup>i</sup> E GIMUS hucusque cum D. Thoma qu. 18.  
de moralitate actuum humanorum in  
communi: nunc breviter dicendum de  
moralitate actuum interiorum, qui sunt prae-  
cipue intentio & electio, de qua S. Doctor qu. 19.

## ARTICULUS I.

*An bona intentio ex prava electione vitetur, & electio prava ex bona intentione refutetur; vel saltem bonitas intentonis diminuat malitiam electionis?*

**T**RIA hic inquirimus, seu tres difficultates breviter hic discutiendas movemus. Prima est, an actus intentionis, qui ex & ex proprio objecto non habet unde virietur, sed ex illa parte fore bonus, ex eo quod sit causa malæ electionis redditior malus: v. g. cum quis ex intentione efficaci dandi eleemosynam, futurut ut tribuat eleemosynam, queritur an intentio illa sit mala, seu vitiosa ex electione hujus mali medi? Se-

A cunda difficultas est, an intentio boni finis pol-  
fit aliquando totaliter auferre malitiam electionis  
pravi medii; v.g. an liceat aliquando mentiri ad tuendam vitam proximi, vel aliquod grave  
damnum evitandum? Vel utrum virgo, ut  
invalorem sue pudicitiae effugiat, possit abique  
peccato se precipitare in flumen, aut sibi manus  
violentas inferre? Tertiò queritur, an suppositio  
quod intentio boni finis non auferat totaliter  
malitiam pravae electionis, eam scilicet aliquanti-  
ter minuat; ita ut furum quod fit ex intentione  
dandi eleemosynam, non sit adeo grave, beat  
esset, si absque hujus boni finis intentione fieret.

B §. I.  
Prima difficultas resolvitur.

**D**ico primò: Quando intentio per se & ne  
cessariò cum prava elecione connectur,  
ab ea viciatur: secùs vero, si per accidens tantum,  
& ex malitia eligentis, cùm ea conjungatur.

Probatur prima pars: Quando intentio per  
te & necessariò cum prava electione connecti-  
tur, in eam influit, ipsamque virtualiter contineat  
nam intentio est voluntas circa finem, non quo-  
modocunque, sed ut acquirendum per media,  
& ex ipsa moveret operans ad ea eligenda: Sed  
C quod influit in peccatum, leuitat voluntatem  
ad illud, malum est: Ergo intentio quæ per se  
cum prava electione connectitur, etiamque ne-  
cessariò infert, est mala, & à tali electione vitia-  
tur. Unde S. Bernardus in libro de dispensatione  
& præceptio cap. 17. dicit quod ut recte si oculi  
intentionis, duo requiruntur, nempe charitas in intentio-  
ne, & veritas in electione: hoc est etiudio finis, &  
medii electi.

Probatur secundò: Actus humani bonitatem;  
aut malitiam moralem desumunt à circumstan-  
tiis, ut supra ostensum est: Sed cùm aliquis ex  
intentione efficaci dandi eleemosynam furatur,  
tale furtum est circumstantia illius intentionis:  
dicitur ut  
art.

D Ergo eam viciat & corrumpt. Minor probatur:  
Effectus per se ex aliqua actione sequitur, est  
circumstantia Quid: id etiam quod ad aliquid fa-  
ciendum præstat opem & auxilium, est eius cir-  
cumstantia, nimirum circumstantia Quibus auxi-  
liis: Sed cum aliquis ex intentione efficaci dan-  
di eleemosynam furatur, furum est effectus per  
se ex tali intentione sequitus, & medium cuius  
ope & auxilio uitium ad finem illum obincen-  
dum: Ergo ex duplice capite est circumstantia il-  
lius intentionis.

**E** Probatur tertio: Sic se habent intentio & ele<sup>t</sup>io in practicis, sicut principium & conclusio in speculativis, ut docet Philosophus 7. Ethic. cap. 8. Sed quando ex aliquo principio per bonam consequentiam inferatur conclusio falsa, tale principium in se fallsum est : Ergo similiter cum ex intentione per se & necessariò inferatur prava ele<sup>t</sup>io, seu eligitur malum medium, talis intentio est in se mala & vitiola.

Ex his probata manet secunda pars conclusio-  
nis: Nam quando intentio non connectitur per  
se cum prava electione, quod assumatur malum  
medium, non provenit ex vi intentionis, qua id  
non exigit, nec ad id determinat voluntatem,  
cum illa sit concita electione medi honesti, quo  
finis posset obtineti, sed malum medium prove-  
nit ex pravitate voluntatis illud eligentis: Ergo  
tunc electio talis in eisdem non reddit malum pri-  
orem intentionem: sicut cum ex deficietur argu-  
mentis,

# DE MORALITATE ACTVS INTERIORIS.

249

is, ex principio vero deducitur falsa conclusio, quia taliter non redundat in ipsum principio, nec illud reddit falsum, sed in arguentem, qui male ipsum applicat, & ratione hujus mala applicationis ex vero falso deducit. Unde qui habens bona propria, efficaciter intendit dare elemosynam, in tali intentione non peccat, etiam si utiliter est, postea furetur: quia furturn non sequitur per se ex tali intentione, sed ex prava voluntate & malitia peccantis, nam poterat etiam ex propriis dare elemosynam. Qui vero non habens unde faciat elemosynam, nisi ex alienis, etiam efficaciter dare intendit peccat; quia ex tali intentione per se, & necessario sequitur furturn, sive acceptio rei alienae, sive que illa intentione cum per se sit ratio volendi malum, est inordinata, & perversa: Similiter qui vendit agnum sacerdoti idolorum, non peccat, etiam si sciat illum idolis immolaturum, quia talis immolatio non per se sequitur ex agni venditione, sed ex prava sacerdotis voluntate: poterat enim illo agno uti ad faciem convivium amico. Si autem illi vendat vestes cultui idolorum depuratas, procul dubio peccat, quia cum non possint tales vestes ad alios usus delervire, cultus idolorum per se sequitur ex tali venditione,

Confirmatur: Quando malum medium per accidens conjungitur fini honesto, non est eius circumstantia, quia nec est effectus per se ex illo sequitur, nec medium per se ad eum assecurans conducens: Ergo tunc intentio non vitiat ex actione illius. Unde S. Thomas in hac q. 19 art. 3. in argumento sed contra, & in 2. dist. 38. q. 1. art. 5. concedit daria quando recta intentionem cum mala electione: quod non potest alter contingere, quam in casu nostra conclusionis, quando scilicet intentio non influit per se in prava electionem, sed per accidens ex malitia operantis ei conjungitur.

Objicies tertio contra primam partem conclusionis: latentia secundum se est prior quam electio: Ergo non sumit malitiam ex illa, quamvis per & necessario cum ea connectatur. Consequens videtur legitima: quia prius non dependet a posteriori.

Respondeo, quod licet intentio sit prior actu electionis formaliter sumpto, ipsa tamen electione, ut virtualiter in intentione contenta, non solam est simul cum actu intentionis, sed etiam aliquo modo prior, quia se habet per modum circumstantie ex parte objecti specificantis intentionem, illudque virtutis, ut supra ostensum est.

Objicies secundum: Intentio elemosynae, etiam si sit ex furto, est in specie misericordiae, siquidem per talen elemosynam verè sublevatur miseria proximi, & impletur præceptum dandi illamque inste: Ergo talis intentio est bona, & non vitiat à prava illa electione, cum qua connectatur.

Respondeo negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum quod elemosyna, quæ est virtus, non constituit in sola sublevatione miseriae, quomodo cumque facta, sed prout decet, & sine præjudicio alterius: unde si quis cum dauno alterius sublevet alienam miseriariam, vel de pauperi mulieri primum mercetrici, quo sublevet ejus paupertatem, non facit actuum misericordiae, sed iniustitiae, vel impudicitiae. Nec obstat quod per talen aetiam adimplat præceptum elemosynæ ex parte materialis effectus, qui est sublevatio alienæ miseriae, quia sunt quædam

A: præcepta quæ non obligant ad modum, sed solum ad substantiam actus, & sic adimplentur per actus bonos ex objecto, quamvis sint vitiati ex fine, vel alia malâ circumstantia.

Objicies tertio contra secundam partem conclusionis: Omnis pravus effectus imputatur causa liberæ: Sed intentio, quæ durat quando postea eligitur malum medium, est libera, & causa talis electionis; non enim potest esse electio, nisi in virtute intentionis: Ergo iste pravus effectus malæ electionis imputatur intentioni perlevante, & vitiat illam, quamvis per accidentem tantum talis intentio & electio inter se connexa situr.

B: Respondeo primò, quod cum eligitur pravum medium post rem intentionem, non eligitur in virtute ejus; quia cum sit bona, non moveret ad malum: sed tunc formaliter vel virtualiter est alia intentio, influens in illam electionem, subindeque per se cum illa connexa, si non quantum ad specificationem, saltem quantum ad exercitium, ut explicat Joannes à S. Thoma hic disp. 11. art. 3, unde tunc haec intentio à tali electione vitiatur.

Secundò respondeatur, concedendo quod homo utitur bona intentione præterita, saltem virtualiter manente, ad malam electionem: sed propterea non vitiat talis intentio, quando cum mala electione per accidens tantum connectitur, quia talis usus & applicatio non est ex vi intentionis, sed ex malitia electoris, utante declaravimus: sicut si quis aetiam elemosynæ ritore factum, postea ordinet ad inanem gloriam, non vitiat talis actus, quia hoc provenit ex malitia ordinantis, non ex ipsa elemosyna.

## S. II.

### Secunda difficultas evadatur.

D: Ico secundò: Intentio boni finis non excusat malitiam pravæ electionis; unde ea quæ sunt intrinsecè mala, ut mendacium, furturn, homicidium, &c. ex nullo bono fine honestari possunt.

Est Contra Cassianum Collat. 17. cap. 18. ubi approbare videtur sententiam Abbatis Josephi, dicentis licitum esse mentiri propter aliquem bonum finem, ut ad tuendam vitam proximi, vel aliquod grave damnum evitandum. Unde cap. 17. sic ait: Quando igitur grave aliquid immineat de veritatè confessione discrimen, tunc mendaciorum sunt recipienda perfugia. Idem sensile videtur Author operis imperfeci super Matthæum, ad illa verba cap. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere, & alii quos refert Sixtus Senensis lib. 5. Biblioth. annot. 253. Quæ sententia à SS. Patribus, Theologis, & Jurisperitis damnatur tanquam erronea: Augustinus enim in libro contra mendacium, cap. 1. multis locis sacra Scriptura mendacium nunquam posse honestari ostendit. Idem docet Gratianus in decreto 22. qu. 2. Et Alexander III. in cap. super eos de usuris, respondens Panormitanum Episcopo, sic ait: Scriptura sacra prohibet pro alterius vita mentiri. Videri etiam potest S. Thomas 2.2. qu. 110. art. 3. ubi haec scribit: Quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum & licitum; quia ad hoc quod aliquis sit bonum, requiritur quod omnia recte concurrant; bonum enim ex integrâ causa, malum verè est ex singularibus defectibus, ut Dionysius dicit 4. cap. de Divin. nomin. Mendacium.

## DISPV TATIO SEXTA

250

dacum autem est malum ex genere; est enim actus a dens super indebitam materiam: cum enim voce naturaliter sint signa intellectum, innaturale est & indebitum quod aliquis voce significet id quod non habet in mente: unde Philosophus dicit in 4. Ethic. quod mendacium est per se pravum & fugendum. Quibus verbis S. Doctor conclusionem nostram & docuit, & probavit. Potestque confirmari ex eo quod communiter dicitur: Non sunt facienda mala, ut evemant bona: ex quo patet quod intentio boni finis nunquam excusat malitiam pravae electionis.

### §. III.

#### Solvuntur objectiones,

**15** PLURES tamen & difficiles contra istam conclusionem ex Scriptura & SS. Patribus fieri possunt instantiae. Primo objici solent verba illa Salvatoris Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Ubi nomine oculi significatur intentionis; nomine vero corporis, opus ex illa profectum: quia intentionis se habet ad electionem, ut forma ad materiam, & anima ad corpus. Unde sensus est, quod si intentionis fuerit recta, & circa finem honestum, reliquum totius operis honestatem habebit. Idem significari videtur cap. 7. verbis istis: Non potest arbor bona malos fructus facere: nam etiam per arborum bonam, plures ex SS. Patribus intelligunt bonam intentionem, quae ut arbor producit fructus electionis: Ergo quādū homo bonam intentionē habet, non potest malam habere electionē, aut aliquid malum facere. Quare Augustinus prefat, in Psal. 31. ait: Bonum opus intentione, intentionem fides dirigit: non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum faciat. Et Ambrosius lib. 1. officiorum cap. 30. dicit: Affectus tuus nomen imponit operi tuo: quasi totum opus ex sola intentione judicari & estimari debeat.

**16** Respondeo primum, admisso nomine oculi & arboris, significari intentionem, & nomine corporis ac fructus electionem, seu quocumque opus ex ea sequuntur; & etiam concessum est, qui ex intentione bona, quatenus tali, proficietur, non posse esse malum, nihil inde contra nos: quia ut conclusione praecedenti ostendimus, intentionis eo ipso quod sit causa pravae electionis, vitiatur, & efficitur prava; unde non est bona, sed mala, non ratione finis sumpti secundum se, sed ratione medii quo talis finis obtinetur intenditur, atque adeo ratione finis reduplicative ut consequibilis per tale medium: sicut enim secundum se malum est, velle furari, aut mentiri, ita est malum velle dare elemosynam ex furto, aut velle tueri vitam mendacio. Solutio est D. Thomae, Abulensis, & Cajetani, super citatum caput 6. & 7. Matthaei.

**17** Respondeo secundo ex Augustino lib. de opere Monachorum cap. 26. & Bernardo lib. de precepto & dispensatione cap. 17. per oculum simplicem non debere intelligi quamcumque bonam intentionem, sed eam solum quae fide dirigitur, & charitate informatur; ex hac enim placitum est non sequi per se opus malum, quia charitas non agit perperam, ut ait Apostolus: & de hac intentione seu affectu per charitatem informato, & per fidem regulato, debent intelligi verba Augustini, & Ambrosii, in objectione adducta.

Addere etiam pro secundo testimonio, nomine arboris, posse intelligi voluntatem, non praecise

A ut intendentem, sed ut eligentem: quia sicut non radix, sed arbor est, quae immediatae producit fructum; ita non intentio, sed electio est, quae immediata procedit ad opus. Quae expedit est D. Thomae in 2. dist. 40. qu. 1. art. 2. ad 1.

Objicitur secundo: Multi auctus de se mali & 18 peccaminosi, à Scriptura & SS. Patribus ex bono fine excusat: Ergo intentio boni finis tollit malitiam pravae electionis. Antecedens probatur tum in mendacio, tum in homicidio: nam Genesis 20. Abraham dixit de Sara uxore sua, quod esset soror ipsius; & tamen non peccauit, ut dicunt S. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 34. & S. Chrysostomus homil. 5. super Genesis, quia id dicit ad salvandam propriam vitam. Jacob mentitus est patri suo, dicens esse primogenitum ejus Elau: & tamen solum obtinendum bonam exculari potest, quia feliciter hoc dixit ad obtinendam patris benedictiones. Judith in pluribus Holoferni mentita est: & tamen videatur non peccasse, quia id fecit ad salvandum populum suum. Item obsterices Egypti mentitae sunt Pharaoni: quia tamen non videbant peccasse, quia id faciebant impedienda homicidia parvulorum: unde dicit Exodi. Bene fecit Deus obstericibus: constataremus Deum non remunerare peccata. Idem probatur de homicidio: nam Exodi 2. Moyses occidit Egyptum auctoritate propria; & ex bona intentione liberandi proximum suum, excusat. Iudicium 16. Samson leipsum occidit cum multis Philistheis, columnas templi concutens: & tamen non peccavit, quia ex zelo Dei id fecit, Philistheos inimicos populi Dei occiderer: unde ab Apostolo inter Sanctos connumeratur, ad Hebreos 11. Beata etiam Apollonia, spiritus Sancti igne sancta, in rogum se projectit, ut narrat ejus historia. Scribit etiam D. Ambrosius lib. 3. de virginibus, Pelagian Virginian praecepit semper deducere flumen, ne a persequente milite violaret, sed que laudabiliter fecisse tempore persecutionis aliquas sanctas feminas, ut invictores sue pudicitias effugerent, refert S. Augustinus lib. 1. de civit. cap. 6. Propter quod dicit Hieronymus super cap. 1. Iona: Quod non licet propria se occidere manu, abque eoubi casitas perditur: Ergo sensu quod ex bona intentione servandi castitatem purgatur malitia homicidii.

Respondeo negando Antecedens. Et ad illa quae affluntur pro mendacio excusando, in primis dico, Scripturam multorum mendacia referre, sed non ea approbare, aut excusare: unde quando obsterices mentitae sunt Pharaoni, pro illo mendacio non sunt remuneratae a Deo, sed pro timore quem habuerunt erga Deum, propter quem infantes Hebreos poluerunt occidere, ut ait D. Thomas 2.2. qu. 110. art. 3. ad 2. & pater ex illo Exodi 1. Quia simulerunt obsterices Deum, edificavit illi domos.

Secundo dico, Abraham non fuisse mentitum, cum dixit Sarah esse sororem suam: quia vera soror erat ex parte patris, quamvis non ex parte matris, ut dicitur Genes. 20. licet voluntate tacere quod esset uxori: unde Augustinus dicit in questionibus super Genesim, quod Abraham, dicens Sarah esse suam sororem, veritatem voluit celari, & non mendacium dicit. De Jacob ceterum dicendum est, ipsum non fuisse mentitum, dicendo Patris, ego sum primogenitus tuus Esau: tum quia primogenita illius de jure ei debebantur, & sicut appellabat Elau, non per-

## DE MORALITATE ACTVS INTERIORIS.

persona, sed in jure, sicut Joannes dicitur est E-  
has, non in persona, sed in spiritu: etiam quia  
loquebari propheticè & in sensu mystico, ut  
scilicet designaret quod minor populus, scilicet  
Gentilium, substituendus erat loco majoris, sci-  
licet Iudeorum. Unde ad D. Thomas loco cita-  
tio in resp. ad 2. Quod in Scriptura sacra inducuntur  
aliquarum gesta, quia exempla perfectæ virtutis, de qua-  
bus non sunt mandata meos fuisse mentitus: si que tamen  
in eorum dictis appareant, quia mendacia videantur, in-  
tellegandam est ea figuratim & propheticè dicitur fuisse.  
Judith quoque in verbis quæ Holoferni dixit,  
cum magna cautela & prudentia locuta est, &  
aliquibus amphiboliogis, non tamen mendacis,  
voluit cum decipere; sicut cum dixit, quod du-  
ceret illum per medium Hierusalem, & ne unus  
canis latraret contra illum, nam revera illum ad-  
ductora erat per medium Hierusalem, sed mor-  
tuum, non vivum, defendo caput ejus &c.  
Quod si in aliquo verbo fortassis mentira est,  
non ex eo laudatur, sed ex charitate & affectu ad  
salutem populi.

Ad id quod dicitur de homicidio, responde-  
tur quod si Moyses est excusandus in occisione il-  
lui Agyptii, dicendum est id fecisse, vel ex inspi-  
ratione Dei, qui ad hoc ei auctoritatem tunc de-  
dit, vel ob iustam proximi defensionem, quia vi-  
debat fratrem suum seu proximum injuste ab il-  
lo Agyptio affligi & opprimi, & non erat alia  
via defendendi ipsum, quam invasorem occi-  
dendo. Ad easum de Samone dicimus, illū spiri-  
tu sancto instigante id fecisse, atque adeò licite,  
ut docent S. Augustinus 1. de Civit. cap. 21. & 26.  
& D. Thomas 2.2. quæst. 64. art. 5. ad 4. Idem  
dicendum de illis sanctis fœminis, quæ tempore  
persecutionis seiphas occiderunt, aut in flumen  
precipitabant, ut in valores suæ pudicitiae effu-  
gient, ut ibidem tradit S. Doctor.

Sedm difficultas est in verbis Hieronymi,  
quibus videtur docere, licitum esse seipsum oc-  
cidere ad servandam castitatem. Duplex tamen  
hunc testimonio potest adhiberi responsio. Pri-  
ma est, Hieronymum solum velle, licere se occi-  
dere propter periculum castitatis, quando id sit  
ex timore Dei, qui frequenter aut certius ad-  
epta solet, cum intervenit periculum castitatis,  
quam in aliis casibus. Secunda est, sentum Hie-  
ronymi esse, non licere propria perire manu, et si  
cautus percliteatur. Nam dictio absque, non sem-  
per sumitur exclusivè, sed aliquando affirmativè  
& copulativè, ut pater ex illo Cant. 4. Quam pul-  
chritudo amica mea, quam pulchra es! Oculi tu columba-  
rii, abque eo quod intrinsecus latet. Ubi dictio absque  
non excludit quod intrinsecus latet à pulchritu-  
dine, cum legamus Psalm. 44. Omnis gloria ejus  
sua Regia abundant; sed tensus est, etiam pulchra es,  
principiè in his que latent.

Ex dictis inferes, errasse, & grayiter peccasse  
Orogenem; qui ut refert Nicephorus lib. 1. his-  
tor. cap. 32. post multa perpesta supplicia pro fa-  
de Christi, postmodum pro servanda castitate,  
ne videlicet juvenis quidam Ethiops abuteretur  
illo, fidem exterius negavit.

### §. IV.

#### Tertia difficultas expeditur.

Dico tertio: Intentio boni finis diminuit  
malitiam prævæ electionis. Ita communiter  
docent Theologi contra Almainum, Lorcum,  
& paucos alios,

Tom. III.

A Probatur conclusio ex communī omnī iū-  
non solū Theologorum, sed etiam fidei iū-  
consensu: omnes enim sibi persuatum habent,  
minus peccatum esse, mentiri ad tuendam vitam  
proximi, vel aliquid grave malum vitandum,  
quam sola libido mentiendi. Unde D. Thomas  
2.2. quæst. 10. art. 2. sic habet. Quantum beneum intentum  
est meus, tanquam magis minuitur culpa mendaci. Idem  
doct. Gratianus Can. primum 2.2. quæst. 2. ubi agit  
Mendacium tantum esse levius, quantum meliorem habet fi-  
nem. Si uerius nullus fidelium est, qui non existi-  
met eum, qui furatur ad dandam elemosynam,  
minus peccare, quam qui furatur ex cupiditate  
pecuniae, iuxta illud Augustini: Peior est qui concu-  
piscendo, quam qui miserando furatur.

B Ratio etiam id suadet: Tum quia qui furatur  
ad dandam elemosynam, habet voluntatem  
minus deordinatum & minus affectum pecca-  
torum non habeat pro motivo turum ut est  
malum, sicut alter, sed ut induit apparet  
quandam speciem boni honesti: Tum etiā quia  
Turum est ab ipso minus volitum; cum non sit  
volitum propter se, sed tantum propter aliud, in  
quod primariō principalius, & ultimā tendit  
affectus: Sed malitia moralis minuitur, cum mi-  
nuitur ratio voluntarii: Ergo &c.

C Confirmatur: Sicut circumstantia aggravat  
peccatum, ita & illud diminuit, ut docet D.  
Thomas infra qu. 73. art. 7. Sed intentio finis est  
una ex circumstantiis: Ergo sicut aggravat, ita  
& diminuere potest peccatum.

### §. V.

#### Solvuntur objectiones.

**O**BRITERES primi: Omnis finis, quantum-  
vis sit bonus secundum se, tamen si moveat  
efficaciter ad malum medium, visitatur, & effi-  
citur malus, ut §. 1. vidimus: Ergo non minuit,  
sed potius auger malitiam prævæ electionis. Pa-  
ter consequens: nam illud quod est malum,  
non minuit, sed potius auger malitiam. Unde  
Augustinus lib. 5. homiliatum, homil. 7. relatus  
cap. fortiæ 14. qu. 5. art: Quod hæc cogitatio, volo furar-  
ia divitibus, ut dem pauperibus, diaboli calliditate sug-  
geritur; nam si rosum quod abstat teibat, auger po-  
tius peccatum quam minuat.

Confirmatur: Qui furatur ad dandam ele-  
mosynam, constituit ultimum finem in elemo-  
syne, & non tantum in furto, cum propter ele-  
mosynam faciendam, transgrediatur præcep-  
tum divinum non furandi, & à Deo ut ultimo  
hoc averratu: Ergo gravius peccat propter in-  
tentio finis talis finis.

E Ad objectionem respondeo, quod licet in-  
tentio elemosynæ, ex qua imperatur malum  
medium, si mala in individuo, habet tamen spe-  
ciam boni, & ex objecto est bona: unde ex hac  
parte potest minuire malitiam prævæ electionis;  
non quidem per se, seu per introductiōnem  
aut admixtiōnem aliquid bonitatis, cuius præva-  
electio capax non est, nec actus intentionis vi-  
tiusa mala electione potest illū communica-  
re, sed per accidens, quatenus scilicet inten-  
tio elemosynæ facit furrum esse minus volun-  
tarium, & minus per se intentum. Sicut passio  
antecedens, & induens ad actum malum, licet  
sit mala, minuit tamen peccatum, quia facit illud  
minus voluntarium.

Ad locum vero Augustini duplex potest ad-  
hiberi

li. 2.

hiberi

## DISPUTATIO SEXTA

252

hiberi solutio. Prima est, Augustinum solum velle quod ille qui furatur, & dat eleemosynam ex farto sublata, gravius peccat per accidens, quatenus scilicet reddit le impotentem ad faciendam restitutionem, ex quo nova injuria fit vero domino; & hoc innunt verba illa; *sit totum quod absulit tribuat.* Verum hæc potentia non oritur ex ipsa eleemosyna, quatenus eleemosyna est, sed ex eo quod ille qui furatur, non habet unde reddat, quod utique eodem modo sequetur, si tem furatam, non in eleemosynam, sed in ebrietatem, scorrionem, aut aliam tem impenderet: unde eleemosyna non per se, sed per accidens tantum influit in illam potentiam restituendi, subindeque per accidens tanquam auger peccatum.

Secundò hæc verba, *auger potius peccatum quam minuat*, explicari posunt de augmento malitia, non quantum ad gravitatem, sed quantum ad numerum peccatorum; bi enim Augustinus agit contra hæreticos, existimantes licitum esse facere mala ut eveniant bona, sive licitum esse furari ad dandam eleemosynam; & ut talem errorum defruat, docet peccatis etiam bona intentione factis, augeri numerum peccatorum; nam cum talia peccata, etiam si minora sint peccatis mala intentione factis, revera peccata sint, & bona intentione non toteliter excusat, ut § precedentis docuimus, illis multiplicatis, non minuitur, sed potius auger numerus peccatorum.

**28** Ad confirmationem dicendum cum Cajetano 2. qu. 148. art. 4. dupliciter aliquid posse habere rationem ultimi finis respectu peccatoris; primò ut quod, tanquam rem quæ ut ultimus finis appetitur; secundò ut quo, tanquam rationem propter quam in illa re ratio ultimi finis constituitur: v.g. feminina respectu luxuriosi habet rationem ultimi finis ut quod, quia est res quæ ut ultimus finis ab eo appetitur; ejus vero pulchritudo, quæ est ratio novens & inducens impudicum, ad hoc ut avertat se a Deo ut ultimus fine, & ad talen creaturam se convertat, habet rationem ultimi finis solum ut quo. Quod ergo habet rationem ultimi finis primo modo, non minuit, sed auger malitiam peccati: id vero quod tantum secundo modo est ultimus finis, potest malitiam peccati seu prævæ electionis minuere, non quidem ex ea parte quæ malum est, vel inducens ad malum, sed quatenus alias secundum se inducit rationem boni, & facit a etiam esse minus voluntarium: unde cum isto secundo modo eleemosyna habeat rationem ultimi finis, quando movet ad furandum, non auger, sed minuit malitiam furti.

**29** Objicies secundò: Si aliquis ex malo fine eligit aliquid medium bonum, v.g. ex intentione adulterii eligat ire ad Ecclesiam, vel dare eleemosynam, ex bonitate talis medie electi non minuitur, sed potius auger peccatum malæ intentionis; cum tunc ex majori inclinatione in primum illum finem feratur: Ergo pariter bonitas finis intenti non minuit, sed auger malitiam prævæ electionis. Consequens pater à paritate rationis: nam siquies finis est circumstantia electionis, ita est convertit electio est circumstantia intentionis: Ergo si una non minuit malitiam, licet sit circa objectum bonum, alia pariter eam non minuet, quamvis sit circa objectum honestum.

**30** Respondeo concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem. Ratio discutimus

A est, quia finis est circumstantia cur, movens voluntatem ad eligendum, eique præbens rationem formalem volendi, unde ex bonitate rei intentæ potest minuere malitiam prævæ electionis, minuendo voluntarium primum, ut antea exposuimus: medium autem seu electio est circumstantia quæ respectu intentionis, & se habet ut ejus effectus, & ut quid consequens ad plam; unde etsi medium sit bonum ex objecto, non minuitur malitia prævæ intentionis, sed ponit tota malitia intentionis, redundant in ipsum medium, tanquam in ejus effectum, omninoque ejus bonitatem destruit.

B

### ARTICULUS II.

*Vtrum voluntas humana, ut recta sit, debet conformari divinae, non solum in voluntate formalis, sed etiam in voluntate materiali?*

§. I.

*Quibusdam præmissa difficultas reficitur.*

**C** OTANDUM primò: Quod licet prima regula humanorum a Etiam, quæ est lex eterna, præcipue consistit in dictamine intellectus divini; quia tamen efficaciam & vim obligandi sumit à voluntate divina, D. Thomas hic art. 9, inquirit utrum bonitas voluntatis humana dependeat ex conformitate ad voluntatem divinam? Et responderet affirmative: quia (inquit) unumquodque rectum & bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram: prima autem humanæ voluntatis regula ictu mensura est divina voluntas; cum illa sit ipsa rectitudine & sanctitas per essentiam, & summum bonum, ac ultimus finis: Ergo ad hoc quod voluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur voluntati divina. Unde Augustinus in Psal. 32. expones illum versiculum, *Rectos docet collaudato;* ait: *Rectum cor habet, qui vult quod Deus vult.*

Notandum secundò ex eodem S. Doctor, art. 10. ejusdem questionis, quatuor modis intelligi posse, voluntatem nostram conformari divinæ in operando, secundum quartu causarum genera. Primò in genere causarum finalium, in quantum voluntas nostra vult propter eundem finem, propter quem divina. Secundò in genere causarum formalium, quia nimirum eadem est, sicut analogice, utriusque forma: & hanc habet quando operatur ex charitate, quæ est analogia divinæ dilectionis, ex qua Deus semper operatur, participatio. Tertiò in genere causarum efficientium, quatenus Deus vult aut permittit nostram voluntatem velle quod vult, & eam ad volendum applicat: & hoc modo semper voluntas nostra conformatur divinæ, quia semper vult quod Deus efficaciter decernit, aut permittit eam velle, ut fusc ostendimus in tractatu de voluntate Dei, agentes de efficacia divinorum decretorum. Denique in genere causarum materialium, & hæc conformitas consumitur ex parte obiecti, quod se habet ut materia circa quam; unde repositoria nostra voluntate, quando vult idem obiectum quod divina. Quod ut magis declaratur,

Notandum est tertio, ex qu. 13. de veritate art. 7. in obiecto voluntatis duo esse consideranda: unum quod est quasi materiale, scilicet ipsa

11